Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sue. et iuxte dies ascensionis sue de terra egypti.
Et erit in die illa ait dominus. vocabit me vir meus
et non uocabit me ultra baalim. Et auferam
nomina baalim de ore eius et non recordabor ultra no
minis eorum. Et pactum cum eis faciam in die illa cum
bestia agri et cum volucre celi et cum reptili terre.
Et arcum et gladium et bellum conteram de terra. et dormire eos faciam fiducialiter. Et sponsabo te
mihi in sempiternum. et sponsabo te mihi in iustitia et iu
dicio et in misericordia et in misericordiis et sponsabo te mihi
in fide et scies quia ego dominus. Et erit in die illa ex
audiam dicit dominus exaudiam celos et illi exaudient
terram et terra exaudiet triticum et vinum et oleum et
hec exaudient iezrael. Et seminabo eam mihi
in terra et miserebor eius quam fuit absque misericordia. Et dicam
non populo meo populus meus es tu. et ipse dicet deus
meus es tu...

III

Et dixit dominus ad me. Adhuc uade et di
lige mulierem dilectam a amico et adulte
ram. sicut diligit dominus filios israel et ipsi respicit
in deos alienos et diligunt vinacia uuarum
et fodiam eam mihi in decem argenteis et in chomer ordei et di
midio chomer ordei. Et dixi ad eam. Diebus multis
expectabis me. Non fornicabis et non
eris cum viro. sic et ego expectabo te. quia die
multos sedebunt filii israel sine rege et sine principe
et sine sacrificio et sine altari et sine ephoth et sine
theraphyn. Et post hec reuertentur filii israel et quere
nt dominum deum suum et dauid regem suum et pauc
bunt ad dominum et ad bonum eius in nouissimo diebus.

IIII

Audite verbum domini filii israel. quia iudicium domino cum habitatoribus terre. Non
est enim veritas et non est misericordia et non est scientia dei in terra. Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et ad
ulterium inundauerunt super terram et sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra et infirma
bitur omnis qui habitat in ea. In bestia agri et in volu
cribus celi sed et pisces maris congregabuntur. Verum
tamen unusquisque non iudicetur et non arguatur uir. populus
enim tuus sicut hii qui contradicunt sacerdoti et corruet
hodie et corruet et propheta tecum. Nocte tacere fe
ci matrem tuam. quia ait populus meus eo quod non
habuit scientiam. quia tu scientiam repulisti repellam te ne
sacerdotio fungaris mihi et oblitus es legis dei tui ob
liuscar filiorum tuorum et ego. secundum multitudinem eorum sic
peccauerunt mihi. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum. Et erit sicut populus sic sacerdos et
visitabo super eum uias eius et cogitationes eius red
dam ei. Et comedent et non satiabuntur. fornicati sunt
et non cessauerunt quia dominum deliquerunt in non custodien
do. Fornicatio et uinum et ebietas auferunt cor.
populus meus in ligno suo interrogauit et baculus eius an
nuntiauit ei. Spiritus enim fornicationum decepit eos et
fornicati sunt a deo suo. Super capita montium sacrifi
cabant et super colles accendebant thymiama
subtus quercum et populum et therebinthum quia bona erat
umbra eius. Ideo fornicabuntur filie vestre et sponse
vestre adulterabunt. Non visitabo super fi
lias uestras cum fuerint fornicatae et super sponsas
uestras cum adulterauerint quoniam ipsi cum meretricibus
secubabant et cum effeminatis sacrificabant et populus
non intelligens uapulabit. Si fornicaris tu israel
non delinquas saltem iuda. et nolite ire in gal
gala et ne ascendatis in bethauen neque iurare
uiuit dominus. Quoniam sicut vacca lasciuiens
declinauit israel. nunc pascet eos dominus quasi agnum
in latitudine. Participabit idolorum effraym dimit
te eum. Separatum est uinum eorum fornica
tione fornicati sunt. Dilexerunt afferre ig
nominia protectores eius. Ligauit eum spiritus in
alis suis et confundentur a sacrificiis suis.

V

Audite hoc sacerdotes.
et attendite domus israel et domus re
gis ascultate quoniam uobis iudicium est.
Quoniam laqueus fuistis speculationi et sicut
rete expansum super thabor et victimas decli
nastis in profundum et ego eruditor omnium eorum.
Ego scio effraym et israel non est abscondita a me.
Quia nunc fornicatus est effraym contaminatus est
israel. Non dabunt cogitationes suas ut
reuertantur ad deum suum. quia spiritus fornicationis
in medio eorum et dominum non agnouerunt. Et respondebit
arrogancia israel in faciem eius et israel et effraym

y et ñ et mia